

ET POPULORUM.

43

Annon hasta, quæ vulneraverat, potuerat & sanare? Nonne idem Deus, qui poenam inflixerat, credatur eandem & auferre potuisse? Pluvias ex vaporibus oriri, vulgò etiam innotuit, vapores autem æstate uberrimos attolli, nec ipsum negari potest, & licet vehementi Solis ardore vapores dissipentur, nec nisi vento frigidiore condensentur, vel sic tamen à Sole in pluvias converti, nescio annon ritè quis dicat, quòd calorem contrahendo vapores condensari, & in pluvias abire Sol patiat? vel etiam quòd Sol in ortu clarè effulgens, aut cæruleo colore tinctus, aut concavus, pluviae adventantis hominibus indicium esse soleat? Hæc utut sint, inquit ARCHÆOPHILUS, nondum tamen causa apparet, cur Syracusis eum honorarint? Toties potuit fuisse, respondit DULODORUS, quoties similis ficitas & horum agros preffit; Quidni enim, qui opem Dei universæ Græciæ salutarem norant, quidni, inquam, pari malo preffi invocaverint eundem? Siciliâ relicta versus ortum provehimur. In Creta se sistant

LYTTII  
EX ARCADIA ORIUNDI, JOVIS CULTORES.



Nisi fallor, inquit ARCHÆOPHILUS, Strabò appellat Lyctios. Utròque modò, respondit DULODORUS, & apud Authores hoc vocabulum occurrit, & in Numismatibus. Et quidem, quod Numismata attinet, testatur Reverendissimus Harduinus, qui & Aquilam hinc expressam ad cultum Jovis refert, cui equidem facile assensero; constat enim Jovem in Creta natum, constat ex Hesiodo in Theog. Rheam, Jovem parituram, Lyctum missam esse: Imò si Plutarcho credimus in Libro de Fluminibus, Jupiter ex hac urbe Argem rapuit, quæ fortassis causa fuerit, ut teste Clemente in Protreptico, Lyctii Jovi homines immolaverint. Loca Eruditissimus Meursius congescit, ideoque hinc repetenda non arbitror. Stephanus, excepit ARCHÆOPHILUS, urbem hanc memorat Lyttum appellatam *διὰ τὸ κείσθαι ἐν μετέωρῳ τόπῳ*, eò quod τὸ ἀνω καὶ ὑψηλὸν, λύττον dicerent; Quid si inde conjectura subeat, annon sub hac aquilâ Etymon appellationis simul connotetur? Aquilas enim alta sedari in confesso est. Sed aliud dubium subit. Aristoteles Lyctios Laconum colonos facit. Non hic tantum, respondit DULODORUS, imò & Polybius id asserit, quos ego refutare non ausim; cum autem Lyctum à Lycaonis filio Lycto appellatam, idem Stephanus asserat, Lycaon autem Arcadiæ Rex fuerit, utique apertum est, Coloniam etiam ex Arcadia in hanc urbem deductam fuisse, & quid si hanc superiore illâ ex Laconia posteriorem arbitrer? Cum utique urbs hæc ante Jovis nativitatem jam fuerit. Nisi enim hoc statuamus, quomodo, ut modo dixi, Rheam Jovem parituram Lyctum missam, Hesiodus canere potuisset? Jovem, qui Lycaonem Lycti patrem in lupum mutasse fertur?

(F) 2

Imò

Is enim  
dicando  
eposuit  
legitur,  
spondit  
vocat,  
AR-  
fuisse,  
ndyll.

patet;  
sonet,  
fuisse;  
ierim,  
verint,  
rante,  
deni-  
si Sy-  
jus ef-  
S, at  
S, ac  
is licet  
ur, uti  
to no-  
aceret  
gitur si  
pondit  
verum  
fuisse,  
solem  
HÆ-  
rocul-  
ol, qui  
amo-  
espon-  
tales:  
terras  
re suo  
racia!  
Annon